J. A.

LINEAMENTA SARMATICA,

SUB

PRÆSIDIO

CONRADI SAMUELIS SCHURTZFLEISCH,

Publicè asserenda

à

JOHAN. CHRISTOPHORO ALBERTI,

Hab. in Audit. Publ.

d. 1. Octob. hor. antem.

WITTEBERGÆ,
LITERIS WENDIANIS,
Anno M DCLXX.

I. N. J.

§. 1.

PRincipio Polonia Duces habuit. A Ducibus inde Reges elegit. Regum circumscripta Potestas. Optimatium libertas magna, licentia maxima est.

2. Regnum hodie, si ullum, legibus adstrictum. Leges, qvibus regni innixum fundamentum est, duobus capitibus continentur. Alterum libertas Electionis, alterum Religionis est. Utrumq; codex sanctionum Polonicarum suggerit. Vim, nervum, robur à Comitiis Varsaviensibus (a) arcesso. His stabit regnum, si observentur. Ruet, (ne vero ruat) si negligantur.

(a) *A. 1573. Huc spectant constitutiones publicæ, diplomata regia, qvibus hæc libertas repetitis vicibus firmatur. Memorandi hic Reges, Henricus, Stephanus, Sigism. III. Vladislaus IV. & qvi nuper regno se abdicavit, Joh. Casimirus. Sed imprimis memoranda hic fuer[it] sanctio Jagellonica.*

3. Primus Regum memoratur Boleslaus Chrobry. Sed vero audacius, qvàm verius. Qvod velim æqvo animo accipiant Cr. n-tius, Johan. Cluverius, Johannes Lætus, Georgius Hornius, Ir-...sovinus, Arthurus Duck, Anthonius Albizius, Christianus Matthiæ. Sed neqve hi soli. Restant plures: Johannes Sleidanus, scriptor alioqvi gravis & probus, Lucas de Linda, Joachimus Pastorius, Henricus Bangertus, & qvem hic seqvitur, Gvagvinus, Auctor novissimus Polonici status, innumeri demum alii. Unum id impensè hic miror, cur Polonici scriptores, iiq; non vulgares, tantùm sibi indulgeant, ut patrocinentur errori. Qvum non plane nullum hic suppetat argumentum, fuisse tempus, qvo Polonia colere Imperatorem, colere Imperium debuerit. Qvod tamen ægre faciunt Poloni, jam dissimulantes, qvæ scribenda erant, jam scribentes, qvæ tacere præstitisset. Notatus hic multis nævus est. Ex omnibus seligamus (b) Conringium, testem parum laudandi moris.

(b) *Cap. 18. De F. I G.*

4. Qvi edisserunt hoc loco familiarum vicissitudines, non impingunt semel. Scriptor Novitius des Poln. Königs Stammes, XII.

 recenset

recenset interregna. Sed abhorret is loqvendi modus ab accu- tione civili. Nec pensi habet distingvere. Ducum tempora à Regu Utinam vero præter hunc lapsum nullus superesset alius. Sed me dum augetur mendo. Inter exempla sunt, qvi in tradendis Poloni dynastiis operam ponunt suam. Alii sex. Alii plures, multi pauci res numerant. Joh. Buno (c) Dynastiam inserit Zechidarum. V rum hæc ad Bojohemos pertinet, non ad Sarmatas. Nisi tamen Cr cidarum dictam cupit, à Craco Auctore appellatam. Qvi rem compendium redigunt 1. recitant Dynastiam Lechi, unde surrex familia Lechidarum. 2. (d) Craci. 3. Przemislai. 4. Lesci. Hi progenies Lescidarum. 5. Piasti, Civis Cruswizensis, filii Gosiisconi ut produnt Sarmatici annales. Ab eo prosapia Piasteorum, seu Piast darum (e) qvæ nondum desiit. Reliqvias Silesia habet. 6. Jagell nis, qvi Jagellonidum Conditor. Hoc ad regni clavum subducto Piastei, qvi Silesiam colebant, Principes, sive odio, sive ultione ex tati se suosq; regno Bohemico illigare cœperunt. Sed manifesta h omnia. Videamus jam, qvid Sarmatiæ expediat.

(c) *Sec. IX. Hist. univ.*

(d) *Unum hic notandum, omitti* δωδεκάρχους, *seu Palatin vulgo Vairodas, qvi binis vicibus interserendi (1.) Post Lechum Post Cracum. Præter hoc addo, verum eumq; indubitatum historia P characterem incipere cum Piasto. Anteriores multa* ἄ-λλα *comita Ne* μυθικά *dicam. Proinde hic, si usqvam, judicio opus est.*

(e) *Vid. de his Aut. Cens. Cand. Polon. Vid. alii, qvi recte m morant, eos primum veritatis divinioris lumen Sarmatia intulisse.*

5. Regni Caput (inde enim auspicari libet) Cracovia est. Civit vasta magis, qvam valida (f) Perculit hujus rei cogitatio multoru animos Regum. Præsertim Sigismundi Augusti, (g) ut qvi pensar qvanti interesset, Cracoviam muniri. Laudabilis hæc so citudo, sed Ordinibus odiosa. Nempe existimaverant hi, muni Cracovia, nova sibi instare fata, libertatem in discrimine fore, rege ad regiam potestatem grassaturum. Hinc responsum tulit, Polon Virtutem lacertis ostendere. (h) Muris, arcibus, castris non del ctari. Verum latebat metus affectandæ dominationis. Regem pr textu securitatis moliri Monarchiam, una omnium suspicio fuit. Pr dentiam interpretabantur Poloni. Sunt, qvi admixtum qvid impr dent

dentiæ colligant. Disceptet, decidat, qvi velit, velit, qvi potest. Ego dixisse satis habeo, publicæ interesse rei, ut privatæ suspiciones publicæ utilitati remittantur. Hoc magis qvòd alia Polonis in promptu sint servandæ libertatis instrumenta. Sed age ostendam, qvid hinc emergere damni, qvantum conflari Christianis periculum possit. Fingam, irritari Turcas, colligere exercitum. Uno impetu effundi in Sarmaticos campos. Omnia præda hostis erunt, priusqvā justa acie cum hoste decernatur. Qvid si Fortuna Belli, ut subinde mutabilis est, refragaretur? Sane conclamatum foret, cum neqve præsidium victis, neq; asylum subditis superesset. Qvos tamen habere omnes æqvum est, qvò fugiant ad salutem, qvò fortunas, & qvicqvid carum est, perferant. (i) Atqvi id jam liqvet satis. Et nisi fallor, testari Varadinum potest, qvantum in arcibus & castellis situm momenti. Qvippe compertum, amisso Varadino, periclitari Hungariam juxta & Transylvaniam cœpisse. Cosacos Osmanidarum jugo se submisisse. Tantæ utilitatis est, extruere arces & tueri extructas.

(f) *Arx civitati imposita, ubi veterum Regum conspicua monumenta.*

(g) *Vid. Jos. Maria Maraviglia Hermet. Cœlest. p 94.*

(h) *Imitantur Poloni Spartanos. Sed desiit seculum illud Spartanum. Deficiunt Spartanorum mores.*

(i) *Pensant tamen hanc arcium propugnaculorumq; jacturam, montes, qvibus includitur, diversa flumina, qvibus cingitur Polonia. Sed Natura hic subsidium debetur ab arte.*

6 Qvanqvam ergo magni æstimem Sarmatarum Virtutem, nec ignorem insuper, Tataris Turcisq; admodum formidabilem esse hanc gentem, tamen necessitas temporum exigit, & ipsorum Polonorum salus, ut communiant civitates, excitent arces, omnia denique comparent ad publicam securitatem.

7 Cum de munimentis, deqve munimentorum necessitate exspatior, subit recordari Kamienici. Hanc sustinendis Tatarorum incursionibus suffecturum ajunt. Sed sufficiat Tataris. Forte tamen pertinaciæ Turcarum non sufficiet. Qvin fortè fama major vero, qvæ ad nos de operibus munitionibusq; Kamienici perlata est. Jam verò sentiunt non pauci, Tataros jamdudum Kamienicium oc-

cupaturos fuiſſe, ni impetum cohibuiſſet prudentia Turcarum. Ut qvorum qvaſi beneficiarii Tatari ſint, intenti ad eorum nutum, & parati ſeqvi ſigna, cum velint. Turcis autem hujus conſilii non aliud pretium eſt, qvam formido. Cohorreſcunt enim, cum inaudiunt de auxiliis Germanorum, & qvi Septentrionem colunt. Hos vero judicant, nolle deſtituere Polonos, dum unus apud omnes metus creſcentis potentiæ Turcarum, qvi vel invitis extorqvere arma poteſt. Et verò communis Chriſtiani orbis cauſa hæc eſt, qvæ copulare disſidentes debet, ut obex tandem ponatur poſteris Oſmani.

8. Ut merito jam invehamur in eos, qvi ſolius qvæſtus cauſa Turcarum ſe applicant partibus. Indignum ſane Chriſtianis, ſtare adverſus Chriſtianos, deſerere ſuos, asſiſtere impiæ genti. Et verò Deus, Pietas, amor, qvi Chriſtianos copulat cum Chriſtianis, iniqvisſimo exemplo adverſantur. Relinqvatur impia adeo colluvies ſibi. Retineat ſordes ſuas. Chriſtiani jungantur Chriſtianis. Fœdera, Societas, amicitia, ſancta nomina ſunt. His dignari Turcas probroſum orbi Chriſtiano. Impium qvoq; accedere barbaris, adverſari ſuis. Prætextus commerciorum pulchre qværitur, ſolidè non ſtabilitur. Certè nemo probaverit hunc morem, qvum Chriſtianus Turcæ expetat ſocietatem, ut noceat Chriſtiano. (*k*) Speciosa qvorundam commenta multum oſtentationis, parum pietatis, minimum laudis habent.

(k) *Rationem reddit Petrus Santerna Luſitanus, qvod ſint inimici imperii, & Chriſtiani nominis, qvod Chriſtianos perſeqvantur & ſedibus expellant, tr. de aſſec. Ed. Lugd.*

9. Revertamur ad inſtitutum. Potentia Polonorum terreſtris, opes in agro, vis belli in eqvitatu ferme omnis eſt. Maritima potentia Naturæ magis donum, qvam fortunæ & artis. Hac carent Poloni, pollent Hiſpanus & Veneti Veteres Oſmanici imperii hoſtes. Cæterum divitiæ agrorum nec nullæ, nec nimiæ. Commerciis demum regna effloreſcunt. Sed genius Polonicæ gentis vix capit. Haud exiguo, ut creditur, regni damno. Præter eqvitatum, qvi validisſimus eſt, (*l*) cura peditatus eſſe (*m*) debet. Ut habeat, qvos opponat Prætorianis. Spahis enim haud dubie eſt reſiſtendo.

(l) *Rex 140000 (alii 200000. recitant) Nobilium educere in aciem poteſt, ſi inſtat periculum, ſi imminet hoſtis. Expeditio hæc apud ipſos*

...los Pospolite Rusienie audit. In proxima expeditione ultra ...ocos... fuisse memorant.

(m) *Jam olim Tacitus Sarmatis objicit ignaviam ad pedestres pugnas. Hist. l. Ego monere malim, qvam tale qvid objicere. Sed Sarmatæ fortasse ipsi dubiam objicient fidem.*

10. Æstimavimus satis excitatam Polonorum indolem, animum bellicarum rerum capacissimum. Lustrabimus popularium erga populares jam fidem. Pro patria oppetere mortem, ducunt laudi. Pro ...te regis capere arma, corpus objicere periculis, omnia deniq; experiri parati. Transfugam fieri, summum ibi scelus. Comitari regem in quacunq; fortuna, decus interpretantur. Multas gentes ferro in reges sæviisse compertum. Poloni servatorum regum gloriam tulerunt. Dissentire qvidem & obniti, indignariq; insuper sæpe, & edere irati animi signa, non rarum. Sed manus regum imbuere sangvine, & insontes deposcere ad necem, generoso hactenus populo piaculum fuit. Magna hæc fides, gloria autem fidei major, ...eris longè maxima. Paucos excipimus, quibus sensum obseqvii sive innata ferocia, seu pertinacia excussit. Hos rebus studuisse no..., recessisse à fide erga Reges, exuisse reverentiam, sicut notum, ita ...versæ genti neqvieqvam imputandum.

11. Perspicaciam gentis colliget, qui ut cauti sint, & regum scrutentur destinata ac mores, apud animum expendit. Piastidas ad Casimirum usq; M. nulla religione astrinxerunt, successores vero hoc obligare vinculo consultum putarunt. Prorsus ut appareret, libertatis retinendæ tenacissimos esse. Sic regum coerciti spiritus, sic ...vitatum servitutis jugum, sic privilegia retenta atq; immunitates ...ndicatæ omnes. (*n*)

(n) *Non multo secus, atq; Teutones, qvi Caroli V. antecessores laxius, Carolum V. arctius ex Imperii utilitate legibus adstrinxerunt. Vide Sleid. & ex eo Stirn. Nomoth. t. 4. §. 6.*

12 Monui de Casimiro M. Princeps is animi plenus & raræ exemplum benignitatis. Hic Poloniam lateritiam accepit, non multo post marmoream fecit. Beneficiis Ordines, plebem, magnos, medios, minimos, omnes sibi devinxit. Russiam in provinciæ formam redegit. Leges, Cultum, Decus in Poloniam intulit. (*o*)

(o) *Vid. Aut. Anonym. in Piast. Joachim. Pastorius in Casimiro Magno. In eo desierunt regnare Piastidæ.*

13. Auspi-

13. Auſpicata hæc regno omina. Auſpicatiora fermè in Vladislao Jagellone. Qvi Lithuaniam Poloniæ innexuit, ut hodie eodem utraq; civili vinculo contineatur, eodem jure regatur, eodem demum obſeqvio eidem Principi pareat.

14. Haud ſecius caput extulit in Caſimiro III. qvi Pruſſiam addidit. (p) Pruſſiæ exemplum ſecuta Livonia eſt. Hanc Poloniæ adjecit (q) Sigismundus Auguſtus, augendis regni finibus occupatisſimus Princeps. Cæterum habeo, qvod deſiderem cum prudentibus in Sigismundo III. qvi Cracoviam, inclutam Veteri Regum ſede civitatem, Varſaviâ mutavit. Omine parum proſpero, conſilio minus utili, eventu certe non ſalutari. Adeò verum eſt, mutationes ſedium auſpicia nunciare nec proſpera ſemper mutantibus, nec læta iis, qvi mutantium imperia colunt.

(p) *Notat hic aſperè Albertum Teutonici Ordinis Magiſtrum Beſold. I.P. Part.3. c.4. p.235. Excuſant moderatiores. Notat viciſſitudines peculiari ſcrvo argumento. Boruſſia Ducalis ſoluta jam beneficiario vinculo eſt, qvod conſtat ex tranſactione Brombergenſi. Ceſſit enim El. Brand. ut ſupremo Domino, ſoluta fiduciario nexu.*

(q) *Livonia in ſanctionibus noviſſimis jam diſpeſcitur in Svedicam & Polonicam. De hac qvid Moſchi reſpectu, publice cautum nuper ſit, apparet ex ſanct. Pac. Oliv. c.5. §. 1. De Livoniæ alioqvi in Cis & Trans-Dunanam diviſione Geographi plenius agunt.*

15. In Stephanum Bathorium parum æqvos deprehendo Sarmatas. Periculum metuerunt libertatis, forte qvod regis potiùs, qvàm regni haberet rationem. Suſpectus enim inſidiari juribus, inſidiari libertati. Regis qvoq;, id eſt, ſui potius, qvam regni æſtimare utilitatem videbatur. Hinc indignantium voces, qverelæ mutati in publicum amoris. Dedignari Ordines, proſcribere zhorovios, denunciare pœnam inter Præſules ſummo, abrogare Proceribus officia, diſponere de provinciis beneficiariis liberè, intolerandum genti. Nec de Vladislao IV. una omnium opinio fuit. Multi eum niti ſolio altius, & plus moliri, qvam par eſſet, & regiam complecti animo vim, conjecerunt. Nimirum prona Martiis regibus via eſt ad dominatum.

16. Hactenus de Regibus monitum. Summa eo ſpectat, ut materiam diffidentiæ, æmulationis, litium amoliamur. Captare arbitrium,

trium, omnia moderari pro nutu, libere ferre sine Comitiis leges, [illegible]ucere qvid sua sponte, decernere sine consilio-consensuq; procerum, Senatus, ac Nunciorum terrestrium, in Polonia inauditum. Regem habere Ordines malunt, qvam regnatricem domum. Regnum electione deferunt. Nec tamen plane nullam successionis habent rationem. *(r)* Præterire hæredes possunt, haud tamen prætereunt facile. Nisi cogat necessitas, nisi flagitet regni servandi cura, nisi causæ admoneant gravissimæ & sine dispendio salutis publicæ non negligendæ. *(s)* Scriptor qvidam non inscitus disertè tradit, Senatorum judicio consentaneum esse, Rempublicam se potius habere, qvam regnum. Cæterum scriptoris illius majus in Ordines studium, qvam in Regem. Fatendum alioqvi, Optimates magno se efferre splendore & caliginem inducere Monarchiæ absolutiori. Optandum, ut concordia utrisq; constet & firma tranqvillitas duret, & ipsa maneat æternitas rerum. Fiet id, si reges ament suos optimates, hi colant suos Reges, utriq; studeant publicæ utilitati. Si meminerint Reges, regnum se habere astrictum, Senatum esse liberiorem, si Ordines foveant Camillos, si expellant Marios, si Sullas detestentur.

(r) Qvi Scholis operantur, regna electitiuo successiva appellant.

(s) Aut. moment. Polon. servand. rat.

17. Novum invitat de Comitiis argumentum. Jus indicendi penes Regem, statuendi potestas Regi cum Senatoribus & eqvestri Ordine communis. Utri horum præpolleant, haut qværere opus. Sciunt, agnoscunt omnes. Prudentibus sane hinc indicium, Poloniæ regimen potius Reip. convenire, qvam regno. *(t)* Ordines aut sacri, aut profani. Utriq; regni Senatores. Post eos Delegati Nobilitatis sedendi jus nacti. *(u)* Sententiæ tamen dicendæ præcipuum apud hos pondus. Si qvid proponi decernive oporteat, referunt ad Senatum. Leges verò a Senatu accipiunt nullas. Potius Senatus ad eos, qvam ipsi ad Senatum se accommodant. Tanta nobilitatis auctoritas est. Senatus exhibet Optimates, Nobilitas populum, Delegati Nobilitatis

B Tibu-

(t) Cassp. Fr[illegible] de Rep. Polon. Th. Pol. [illegible] De Cæ[illegible] [illegible] [illegible] Vincentius [illegible] [illegible] [illegible] rationes, exempla, exemplorum [illegible] [illegible] Reip. [illegible] [illegible] Pompejus Caimus in Parænesi [illegible].

(u) [illegible] Script. Regn. Pol. Popping. in O. I. Hu[illegible] [illegible] in Viator. lib. 3. p. 47. 48.

Tribunos. Cæterum Comitia Polonorum ut plurimum ſunt paludata. Nempe ſtant ſub dio, ſtantes ſtipant militares turmæ. Hæc dum aguntur, coeunt deliberaturi, poſt deliberationem definiunt, ſi tamen definiunt ſemper. Atqvi hic laudaverim cum Senatorum, tum Nobilitatis ingenuum morem, qvod reges mereri regnum, non mercari velint. Qvi hic dubitat, excutiat annales, indaget acta publica, veſtiget experientiam, inveniet qvæ indicamus.

18. Nobilitas Poloniæ ſeminarium pariter & præſidium eſt, Nobilium eadem dignatio, par Jus, æqvalis libertas eſt. (x) Ab his multi Principum ſurrexerunt. His Neceſſitudine immiſceri, Principibus ſæpè non indecorum neq; inglorium eſt viſum.

(x) *Vid. Staravolſcius. Aut. Cenſ. Cand. Pol. Autor Gallicus qvidam, cujus nomen latet ſub literis D. T. V. Y. de l' Eſtat du Roy de Pologne. Sanſovinus del governo regno di Polonia.*

19. Omnia, qvæ ſentimus, dicere non expedit. Alia aut ſervanda domi, aut relinqvenda expertis rerũ. Tradamus nihilominus aliqvid de Hodierno Rege. Is à (y) Viſnioviecia dux, à Sangvine Korybuthi, eoq; Jagellonidis neceſſitudinis vinculo añexus. (z) Ultima origo Lithvanis. Prænomen Michaelis. In Prænomine auguriũ diadematis feria Michaelis imponendi fuit. Auſpicia rerum gerendarum proſpera, ingenium perſpicaciſſimum, animus ingens multisq; artibus imbutus, experientia ſingularis. Nihil in eo deſiderant boni, omnes ſperant bene. Hinc ſtudio Nobilitatis provectus, hinc ad regni Clavum ſubductus. Attritæ qvidem paternæ opes Coſacico bello. Animus tamen ſemper idem, infractus nunqvam. Omen hoc altioris fortunæ. Exitus non defuit omini.

(y) *Alii Wiſniowiecz, alii Wiſniowez, multi Wiſchniowez, nonnulli Viſniwiecz ſcribunt.*

(z) *Demetrius Korybuthus frater Jagellonis. Familia utriuſq; principalis ultima origo ex Italia à Columnis. Columnas arceſſunt à Germanis. Ex Stricovio obſervans, Wiſnioviecciorum & Sbaraſciorum Anteceſſorem appellatum. Huc refe unt Diploma F. delitus A. 1386. concinnatum. Et Staravolſcius annotat monumenta aliqvot Wiſnioveciorum Ducum.*

20. Summa hujus Regis cura, ut tempeſtatem ex Ukraina impendentem avertat. Et profecto avertet, ſi de conſilio ejus res geratur, ſi reconcilientur rebelles, ſi cum regno redeant in Gratiam Coſaci, ſi Ordines deniq;, cum opus fuerit, non deſtituant optimum Regem. Imo æ ſeditionis Ruſſorum memoria nondum exolevit. Vitari potuiſſet malum, ſi Ruſſici ritus relicta libertas fuiſſet, ſi, qvod ex promiſſo

missio debitum erat, regni curia dependisset, si major erga eos præfectorum regiorum moderatio apparuisset, si avaritiæ judaicæ nihil in ipsos licuisset, si deniq; in nulla libertatis parte damnum ad illos redundasset. Mittimus alia qverimoniarum capita. Tantummodo hic monemus vitandum esse Rusficum istum Sullam. Hunc vitare est præsens periculum vitare & fraudem. Qvid mirum? Turbidi ingenii homo est, & profundæ simulationis. Fidei qvoq; anceps & mutabilis in momenta. Tum promittendo paratior, qvam servando. Omnia illi ludus. Etiam religio pactorum. Hoc observandum regi, observandum regno est. Adultimum, elegans in Viosnievicio Polonici exemplum moris. Scilicet Reginas à Germanis sumere malunt, qvam Reges. Suspecta adeo Germanici nominis magnitudo. A sexu seqviori non perinde metuunt. Hunc regi potius, qvam regere debere ajunt. Jam plures ex Austria reginas acciverunt. Novissimè documento Viesnievicius est. Cujus & regnum fortunet Deus & torum. Illi felicitatem, huic fœcunditatem largiatur.

21. Regibus olim concessa abdicandi libertas. Multa hinc in Remp. mala, plurimæ calamitates. Jam melius provisum regno, libertati isti obex positus. Argumento Viosnievicius est, regno se, donec vivit, ex lege non abdicaturus. Religiose promisit: religiose implebit.

22. Seqvitur, ut tradamus, qvid Polonia reponere in se, qvid tribuere exterorum auxiliis debeat. Non negamus, nimiam fiduciam sui, sæpe initium miseriæ esse. Nolimus diffiteri tamen, Poloniæ domi potius vires qværendas, qvam foris. Auxilia aut sæpe sunt sera, aut non suffectura. Ac id qvidem facere Polonis in expedito est. Gens numerosa, & idonea insuper bello, & tanto aliqvando magis resurrectura, qvanto major ruina fuit. Probant id superiora bella, probant exempla bellorum. Assentiuntur Polonici scriptores. Idemq; nuper Batavis suggessit qvidam in opusculo, de eo, qvid intersit Bataviæ.

23. Piget hic referre, qvod prodidit Thomas Campanella. Is securitatem Sarmatis certissimam pollicetur si Poloniæ cum Moscovia conjungendæ rationes ineantur. Sed vanum consilium, vanius promissum. Diversa Moschorum & Sarmatarum ingenia, adversi mores. Dispar etiam regnandi jus, dispar modus. Imperium Czaris successioni innixum, nec circumscriptæ potestatis. Regnum Polonorum conferendum electione, nec administrandum pro nutu. Servile ob-

ſeqvium Moſchorũ, liberrimũ Polonorum eſt. Ne memiſſerim, qvam pertinaciter ſua colant ſacra Moſchi. Sua qvoq; Poloni. Nunqvam adeo conciliandi, nunqvam redigendi in unum corpus. Pontifex, Pontificis ceremoniæ illis deteſtabiles. His contra Græcorum. Hos ergo conjungere pugnantes, componere diſsidentes, jam diu deſperavit Palatinus Czerniechovienſis. Qvod indicio eſt, promiſiſſe Campanellam, qvod nulla ratio futurum promittit. Oſtentui ergo hic Monachus eſt. Magis Monachi ſimplicitas.

24. Cæterum optandum Polonis, recuperent Smolenskum, qvo nuper exuti ſunt à Moſcho. Idonea hæc regno olim Civitas, (aa) unde inferre periculum hoſti & propellere licebat. Jam amiſſa deſideratur. Nec verò ſola. Præter hanc provincia trans Boryſthenem cum ſitus, tum ſecuritatis ratione utiliſsima Polonis. Repetere arduum, relinqvere periculoſum. Hæ diminutiones, belli civilis fructus. Non exiguus hinc metus, nec minus diſcrimen. Mature adeo providendum genti, ne gentis potentia juſto latius ſerpat.

(aa) *Laudant hic Poloni Gedani ſui vires & fidem. Laudavit Paſtorius in Caſimiro III. Laudavit proxime Andreas Olſzowski, Pomeſaniæ Procancellarius, & Regis ſui Legatus.*

25. Refert qvoq; ad inſtitutum noſſe, Poloniæ ſæpe plus nocuiſſe civilia, quam externa bella. Tutus Rex, tutum Regnum, ſi diſcordiæ fuerint ſopitæ, ſi compreſſæ factiones, ſi extinctæ rebelliones. Militem excire promtum, eundemq; Scythicæ gentis terrorem. Atqvi vero jam tempus eſt, mea Polonia, ut excias tuendo Boryſtheni. Juſtus tibi, barbaris fœdus bellandi titulus. Hi pro dominatione, tu pro libertate dimicabis. Aude. Vindica Ukrainan. Aderit Deus. Aderit fortuna. Cœpta bona bonus exitus ſeqvetur. Verbo, Vinces. Vincendo triumphabis. Triumphando gloriam illuſtrabis. Imo vero illuſtres. Ut aut deſinant te vexare, aut ſubigantur, cum vexant, aut ſubvertantur, cum ſubacti reſurgunt ad colligendas vires, ad turbandam regni tui qvietem.

26 Qvantum tranqvillitatis ſervandæ pretium ſit, exploratum jam habemus. Alia denuo ſubit ſolicitudo. Hæc publicam ſpectat utilitatem. Cujus compendium cura numi. Proinde cavendũ monetæ: puniendi monetæ adulteratores. Providendũ qvoq; ut, cudatur moneta à probis, & materiæ pretium, pretio materia reſpondeat Nec v. indulgendũ cuivis Jus monetæ. Ingens hic abuſus, ingens abutentium ſcelus, unde damnum commerciis certiſsimum infertur. Ab his ad Rempublicam, à Republ. ad univerſam humanam ſocietatem ſerpit. Atqi hoc

hoc cum tua conjunctum ſalute eſt, Polonia. (bb) Ruunt indulgentiâ in hoc vitium privati, privato qvæſtui intenti. Proſpiciendum adeo, ne aut privatis ejusmodi concedatur poteſtas, aut ſi concedatur, in eos qvi adulteraverint, mature animadvertatur. Conſtituendum ad hoc certum in moneta pretium, conſtituendi, qvos appellant, *Zygoſtatæ*. (cc) Sæpe deliberaſti de his nævis, tolles tandem & vindicabis privatos privatorum hominum mores. Judæos tolerare, omni licitum jure. Hos vero negotiis imponere, his frænos laxare nimis, & omnium uſurpandorum facere copiam, haud conſultum. Turbarunt nuper monetæ rationes in tantū, ut vicinæ ditiones ingemiſcant. Ea cauſa cur multi civium facultatibus lapſi, cur plurimi mercatores exiſtimationis ſecerint jacturam creditoribusq; decoxerint ſuis. Tuum, mea Polonia, eſt, his obviam ire malis, & qvod præcipuum gloriæ caput eſt, cum regno ponere calculum, cum calculo conſervare regnum.

(bb) Vid. Aut. Cenſ. pro redint. Pol. reg.

(cc) Ad hoc Vid. D. Zieglerus, Vir mihi inter magnos magnus, & ut noſtri ſi decus, ita exemplum futuri. In diſp. de Jur. Monet. Saltem adjicimus, auri argentiq; cudendi jus apud Veteres ſanctum fuiſſe ſemper.

27. De Monetæ remediis, nil reperio, qvod exponam ultra. Aut ſi reperio, hujus ſcripturæ excedit modum. Viſum nunc delibare, qvid ſit, qvo regnum conſervetur. Plurimi cœleſte arcanum allegant & ineluctabilem ordinem fati. Hoc ſtabilire Sarmatiæ libertatem. Reddi adeo hinc rationem poſſe, cur facies, forma regni Polonici ſibi conveniat ſoli. Nulli vero alii. Nil enim ſubeſſe, niſi occultam numinis vim. Huic ſtandum, huic acqvieſcendum eſſe. Et mirum certe, inveniri Respublicas ſatis confuſas, qvæ in ipſa durant confuſione. Inveniri imperia, qvorum forma pœne ſine forma & præter regulam civilis legis. Manere tamen eadem & retinere inter Contumaciam & diſſenſiones ſecuritatem antiqvam. Nos agnoſcimus Deum regnorum ſtatorem. Miracula arcemus. Respublicas confuſione nutantes haud probamus. Unum alterumve exemplum eas non munit. Qvod rarum, raro tutum, raro diuturnum. Facile periturum, qvod ægrum. Sic non ſecus caſurum, qvod prægravi mole inclinatum. Certa, non ancipitia, Reip. conſervandæ conſilia habere, non expedit modo, ſed etiam neceſſe eſt. Turbida iſta & fallacia & nil ſolidi habentia diſplicēt merito. Si lubrica via ſit, ſi deficiat, ubi res figatur, promtus ſane ad exitium gradus. Nos qvid ſentiamus, aut dicemus ex ſuggeſtu, aut monebimus privatim. Qvod enim de colendis plantis

 ma-

majorū, de peculiari temperamento gentis, de observandis sanctionibus regni, de fide Senatorum ordinisq; eqvestris, de rationibus deniq; militaribus hic recitatur, notum omne est, & solū certe non suffecturum. Alia eruenda, plura expetenda subsidia regni. Habes, mea Polonia, modo utaris, nec tarda sis ad occasiones, nec ad mutationes proclivis. Mutationibus, si qvæ existant, remedia opponas maturaa. Interregnorum vices longas procul habeas & detesteris. Didicisti interregnorum fata. Nocuerunt regnis aliis, nocebunt tibi, si diuturniora. Advigilasti nuper satis, & cum tot, mirandum! diversa Senatorum Nobilitatisq; studia essent, præcidisti moram electioni, sustulisti interregnum, vitasti discordiam, unde promptum alioquin seditionibus, turbis, bello civili alimentum.

28. Ducimus qvoq; instituto convenire, ut Poloniæ attingamus leges. (ee) Multis videtur, gentem bello assvetam de legibus parum laborare. Illud de populo Martio verum. Hoc nullatenus concedendum. Eo minus, qvòd cura belli non tollat leges; Contra leges armis, arma legibus innitantur. Exemplo Princeps, cui non togæ solum, sed belli etiam artes discendæ. Et vero demus, curâ armorum turbari interdum leges posse, everti tamen posse, confidenter negamus. Manifestum alioqvi, & publicis notum argumentis, habere suas Poloniam leges, habere curias, habere tribunalia. Utrisq; additam dicundi juris potestatem. Vetusti retro ævi documenta multa. Memorabile saltem hic ad posteros est, juri Teutonico olim in Polonia fuisse locum, fuisse honorē. Illud vulgari nomine Magdeburgicum appellatur. Hujus introducendi Auctor non Casimirus M. ut tradit Joach. Pastorius, à Joh. Casimiro, dum regnaret, ad scribendam Sarmatarum historiam conductus. Sed Lesk Niger. Causam exponit Conringius, multus in hoc argumento, nec indiligens diplomatis, qvod Pastorium deceperat, Casimiriani censor. Et vix est, ut assentiar Arthuro Duckio Anglo, qvi Casimiro accepta refert auspicia primo instituti, deinde abrogati Magdeburgici Juris.

29. Servet dissertatio formam. Dictum de legibus. Insistamus ordini, & referamus de qvibusdam. Leges comitetur consvetudo, qvam invaluisse accepimus post leges. ordiamur a furto. Furtum pecunia redimitur. Pœna si est, certe non est capitalis. Moribus Lithuanicis res furtim ablata ad Dominū non redit. Inventori qvoq; non cedit. Solum hujus opus, perferre ad judicē. Judex servat sibi. Via ad recuperandum Domino interclusa. Remedium vindicandi nullum. (nn) Veniamus ad tutelam. Finitur tutelæ munus, finito qvinto decimo anno. Secus, qvam apud alias gentes. Alienandi multo serior facultas. Initium qvintus & vigesimus annus. Seqvitur diversitas diversitatem. Liqvet hæc in multis. Argumenta habemus in prædio dotali, & jure testandi. Ignotum ibi nomen jusjurandum, qvod calumniæ appellant justitiæ sacerdotes. Hactenus discrepat à Qviritium jure. Mallent multi, ut conveniret semper, ut discreparet nunqvā.

Præ-

(oo) Præsertim si justa subest causa, si religio movet divini juris, si sanctitas jubet innatæ legis. Aversatur Deus homicidia. Homicidiorum impunitatem maxime. Optamus, ut omnes agnoscant. Magni, an mediocres, an minimi, nil refert. Eodem omnes apud Deum censentur jure. Qvi regulam omnibus & singulis esse voluit, NON OCCIDES. Homini adeo in hominem nulla potestas necis. Deus vitam dedit. Deus adimere solus potest, solus vult. Teneat ergo sua interfectores pœna. Sed qvæ respondeat delicto, qvæ penset delicti atrocitatem, & mensuram impleat divinæ legis. Non levis multa, sed supplicium poscitur. Luat sangvine, qvi sangvinem profudit. Propterea nemo sibi indulgeat, nemo sua abutatur dignitate. Homicidium vindicandum morte est. (pp) Hæc sententia summi judicis. Hæc norma regnorum erit rerumq; publicarum omnium. Vos appello, Sarmatici Nobiles. Sarmatiæ munimentum estis. Justitiæ qvoq; sitis. Eritis certe. Vestra exempla utilia regno, salutaria sunt vobis. Manus adferre hominem homini, ne amatis. Sævitia est, non libertas, occidere qvenqvam sine causa. Etiam nulla libertas, qvæ contra leges. Legum vero hic nexus. Constitutæ cedunt divinis, divinæ regunt constitutas. Qvicqvid peccatur in utrasq;, peccatur in Deum, in vicarium Dei. Illud impietatis est, hoc improbitatis. Vos, qvi animum pro regno habetis, qvi curas pro regni gloria suscipitis, temperate gladiis adversus plebejos. Nunqvam temperate adversus Hostes, Barbaros istos dico, & ut fama est, jamjam ex Scythia profecturos, Cæterum ne se, ne suos ditionibus vestris infundant.

nn) *Cæteroqvin de usu juris Rom. in foris Poloniæ Vid. Duck. l. 2. cap. 11.*

oo) *Accusat in hoc capite Polonos Spreng. d. l. & discrimen eorum notat, qvo asserunt, homicidium aliud capitale, aliud civile esse.*

pp) *Vellem hic sanius locutus esset Th. Hobbesius de Civ. cap. 6 p. 109 ubi non parum derogat innato juri Deo ipsi, hujus auctori.*

30. Tædet hic morari. Res poscit, ut qvales olim Sarmatæ fuerint, dispiciā, quale apud Tacitum audiunt. Primo ignavia, deinde levior armatura exprobratur: postremo imbellium inuritur nota. (bb) Dubites fortasse, an assentiaris scriptori Augusto. Celeres subiti gentis impetus, celeres animorum motus facile aliud persvadent. Minus in Sarmatas iniqvi rerum Scythicarum Conditores. Facit nobiscum Pomponius Lætus, vir in eruenda antiqvitate sicut diligens, ita acris. Is ex annalibus, qvos excussit, optimis tradit, gentem fuisse ferocissimam, & hominum cædibus assvetam. (ii) Alibi recitat obstinationem gentis. Præter hanc pugnandi ardorem. (kk) Promendum hic suffragiū Flori. Qvi tradit, Sarmatis non æstimari pacem, imo ne intelligi qvidem (ll) Hæc qvamqvam conciliare arduum, tam promtum, ab altero dissentire. Sed causa dissentientis justa, ratio dissentiendi sufficiens esse debet.

31. Spectamus metam. Sed pauca restant, anteqvam perveniamus. Expendimus qvasi in transcursu qvodam. Dignum labore momentum, qvod ad excutiendum Veteris Sarmatiæ statum pertinet. Illatum genti bellum a Romanis. (mm) Penetratum usq; ad regionis fines. Viscera à bello intacta. Augusto Danubius belli Sarmatici terminus erat. Feliciores Teutonici Imperatores. Conradus cognomento Saliqvus vectigalem fecit Henricus II Boleslaum beneficiario jure sibi obligavit (nn) Certa hujus rei argumenta servamus historico instituto. De cætero Polonicorum dissensus scriptorum nil obest causæ. Nihil afferunt nova, & solidæ antiqvitatis nihil,

Nihil

(hh) *Nihil tam ad pedestrem pugnam ignavum esse scribit, quam Sarmatas. Et non tacite innuit, parum ipsis animi esse, exceptis equis, cum tradit, adempta equorum pernicitate, velut vinctos cadi. Non multo post levi gladio inermes vocat. Hist.*

(ii) *Ro. Hist. Comp. Ed. A. 1510. in Constant.*

(kk) *In Valentin.*

(ll) *Meminit Tacitus Roxolanorum. Hi Willichio Basterna sunt. De quibus vid. Carolus Stephanus Dict. Hist. Geogr. & doctissimus Italus Girol. Canin. ad I. H. Tac. c. 79.*

(mm) *Nil veritatis habent, quæ huc affert Hermannus Hermes cap. 4. de imp. Ro. illud multo magis mirandum, quod scripsit, Boleslaum ab Ottone M. creatum Regem. Non minus Galli cujusdam erratum est, qui Lecho primum tribuit nomen regium. Nulla causa, nisi accurata negligentia lectionis. Ignorantiam enim vix tantis tribuerim Viris.*

32. Vetera hæc sunt. Mittamus. Nec tamen committamus, ut horum memoria exolescat. Nos definimus, ne progrediamur ultra legem. Definendum vero in voto est. Volum præcedat, quicquid amor publici boni expressit. Struit sæpe fortuna vicissitudines. His amovendis comparare præsidium, felicis regni est. (ee) Comparetis, Sarmatæ. Imminent barbari ex diversis locis. Hos depellere, æternæ pretium laudis. Dissidere ab se invicem domi, & pugnare sententiis, hosti expedit, non Vobis. Ante bellum de belli instrumentis cogitandum. Opes, aurum, argentum bellant ŭ robur, bellorŭ nervŭ. (ff) Illa, cum suppetunt conservanda, cum desunt, acquirēda. Amittere hæc, & inania consectari, est suppeditare mater[iam] crescendi aliis, aperire viā ambitioni hostis, emere demum periculum brevi & mox cessatura voluptate. Vos, Sarmatæ, melioris capaces fortunæ, meliorem animum servate. (gg) Utilitas, gloria ad Vos redundabit. Gnara bellandi Nobilitas Vobis murus & firmamentum. Legiones validæ, dummodo concordes, exitiosæ regno, si discordes. Prospicite vobis. Impetus Tatarorum metuendus. His prædandi irritamentum in Podolia, qua Meridiem spectat. Committite tandem Kamienecium, Volhyniam & Borysthenem potissimam curæ vestræ partem credite. Qvanqvam inde jam major impendeat metus. Vires, opes, cogitationes omnes vertite in bellum externum. Vitate intestinum. Pugnate pro fide regis, pro salute regni. Obtestatur Vos Christianus Orbis, ut hoc tempore audendo paratissimi, faciendo felicissimi, vincendo admirabiles sitis. Honos Dei est, quem defenditis, libertas vestra quam propugnatis. Ite ergo ad arma. Numen fortunet armatos, fortunet expeditionem. Festinare, qvid dubitatis? Expectat vos victoria, & invitat.

(ee) *Indignum tum mihi esset, utrum Germanis [illegible] metuendum sit à [illegible] tu. Quod cum neg[illegible] ea multis causis, alibi persequendum ex dignitate argumentum est. Interim vid. ant. Not. & Britt. p. 62.*

(ff) *Tac. Hist. II. Pompejus Caimus par. 1. polit. part 1. p. 20.*

(gg) *Multi hic notant Sarmaticæ gentem. [illegible] Staravolscius. Hauriant Poloni, quod [illegible] multa hic [illegible] de scopo Reip. Polonicæ. Dissidium [illegible] tum quod [illegible] D. Conringium, & personatum Severinum [illegible] arsit. Non [illegible] cum privatim sentiendi rationem habeam.*